



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Absolutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 4 Potest fieri benedictio qualibet die. Idem *ibid. n.8.*
- 5 Neque potest iterari. Idem *ibid. n.9.*
- 6 Nec minor annis quadraginta: qua in æate Episcopus non potest dispensare. decisum refert Armendar. *in addit. ad recomp. legum. Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epis. num. 102.*
- 7 Quæ ad tempus eliguntur, non sunt ad tempus benedicenda, nisi Papa concedente. *Quar. in summ. Bullar. Abbatissa circa finem.*
- 8 Non potest benedicere in signum superioritatis in loco publico, nec aquam, neque vestes, in forma Ecclesie. Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 29. num. 26.*
- 9 Neque potest prædicare, & in hoc neque potest Episcopus dispensare. Idem *ibid. num. 27.*
- 10 Potest irritare vota Monialium, non potest dispenses in eis Naldus. *Votum n.64.*

Abortus.

- 1 **Q** Vicumque, & quocumque modo abortum fœtus animati procurauerit, secuto effectu, homicidij pœnis puniatur. *Sixtus V. in Bulla 1588.*
- 2 Clerici beneficiis priuentur, inhabiles que sunt ad beneficia, & ad ordines, ordinumque ministeria. *ibid.*
- 3 Omnes præterea sunt ipso facto excōmunicati. *ibid.*
- 4 Absolutio non est reseruata Papæ. *Greg. XIV. in Bulla 1591.*
Vide *Absolutio n.36.*
Degradatio n.13.

Absolutio.

- 1 Potest Episcopus absoluere ab omnibus casibus, & censuris non reseruatis Papæ. DD. communiter apud Barbos. *de potest. Epis copi allegat. 50. numer. 181.*
- 2 Et quoscumque sibi subditos, saltem ratione habitationis pro maiore anni parte. *ibid. n. 182.*
- 3 Potest Episcopus in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedis Apostolicae reseruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcœsi sua per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputan-

dum in foro conscientiae absoluere Trident. *sess. 24. cap. 6.*

- 4 Excipe causus Bullæ Cœna Domini ut patet, & alios reseruatos post Concilium, *vt infra num. 15.* & decisum refert Suar. *tom. 4. disp. 30. secl. 2. n. 12.* qui tamen de reseruatis post Concilium occultis non intelligi decisionem docet, *ibid. num. 14.* & necessariam esse derogationem Concilii, vti fit in Bulla Cœna, *ibid.*
- 5 Quæ conceduntur Episcopo in d. cap. liceat à Trid. *sess. 24. cap. 6.* negantur inferioribus, licet habeant quasi Episcopalem iurisdictionem. decisum refert Garzia de benef. *par. 7. cap. 11. n. 13. 17.*
- 6 Negantur etiam iis Episcopis, in quorum regione non est receptum Concil. Trid. Decisum refert Barbos. *allegat. 39. num. 3.*
- 7 Conceduntur Confessario Episcopi, si Episcopus egeat Barbos. *bidem num. 15.* Decisum refert Suar. *loc. cit. num. 15.*
- 8 Absolutio vero hæc sacramentalis est. Decisum refert Garz. *p. 11. cap. 10. n. 139. in 3. declar.*
- 9 Non tamen Episcopus tenetur audire confessionem, vt à prædictis absoluat Nauar. *consil. 11. de priul. p. 2. lib. edit. 2.*
- 10 Controversum est: an Episcopus possit eam committere aliis, affirmant de Vicario specialiter deputato, Nauar. & Sanchez. limitat Henriquez quando causus occurrit, & singillatim, alii facultatem hanc absoluendi communicabilem dicunt. dispensandi, vt in d. cap. incomunicabilem. Vide Barbos. *loc. citat. num. 11.*
- 11 Occultum in d. cap. dicitur, quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. Barbos. *num. 21. 25.*
- 12 Deductum ad forum contentiosum est illud, quod est denunciatum, seu post litis contestationem, Barbos. *numero 29.*
- 13 Non probatum in fine cause, erit occultum. Idem *ibid. num. 32.*
- 14 Forensis potest absoluiri in casibus capit. liceat, ab Episcopo, in cuius Diœcœsi commoratur, non autem à suo Episcopo absente. Decisum refert Garz. *par. 11. cap. 10. num. 139. in 3. declar.*
- 15 Non potest Episcopus absoluere à censuris

- furis reseruatis, incursis propter ingressum in Monasterium Monialium, etiā si sit occultus. decisum refert Riccius in *praxi resol.* s. 44. n. 5. in 2. edit.
- 16 Potest absoluere Episcopus percussorem Clerici ob leuem iniuriam. Sylu. *Absolutio* 4. n. 1.
- 17 Non ob leuem notoriam. Idem *ibid.* numero 2.
- 18 Potest Absoluere priuilegiatos ob mediocrem iniuriam, hoc est, si regularis verberet regularem; in mortis articulo constitutum; mulierem: habentem capitales iniurias: puerum impuberem; officialem arcentem turbam casu percutientem Clericum; valde delicatum; pauperem; egrotantem; senem, & valitudinarii; sodales Clericos in communi viuentes: ianitorem: seruum conditione: dubium: impedimentum legitime ad iter, debili membris. Sylu. *ibid.* num. 3.
- 19 Potest item ob enormem iniuriam absoluere ex prædictis eos, qui habent perpetuum impedimentum. Idem *ibid.*
- 20 Item & eos, qui tempore impedimentum habent; cum conditione tamen, ut cessante impedimento se præsentent sedi Apostolicæ. Idem *ibid.*
- 21 Inferior Episcopo habens quasi Episcopalem auctoritatem non potest absoluere, neque ob leuem iniuriam. Idem *ibid. num. 5.*
- 22 Prædictos etiam potest Episcopus absoluere ab excommunicatione lata ob alias causas. Idem *ibid. n. 6.* Nau. *cap. 27. num. 89. in Manual.*
- 23 Etiam in casibus Bullæ Cœnæ. Nau. *ibid. & Suar. loco cit. sect. 3. num. 9. contra Sylu. loco cit.*
- 24 Potest Episcopus absoluere regularem percussori Collegæ, ob mediocrem iniuriam excommunicatum, si Prælatus non est Sacerdos, vel aliter impeditus. Idem Sylu. *ibid. quint. n. 1.*
- 25 Item & eum regularem, qui percussit clericum fæculatem, ex quadam equitate. Idem *ibid. num. 3.* deficiente Prælato.
- 26 Potest etiam absoluere Moniales exceptas, etiam pro enormi. Idem *num. 4.*
- 27 Et potest etiam Abbatem, nisi iniuria sit enormis. Idem *ibidem.*
- 28 Item potest Episcopus absoluere eos regulares, qui se percutiunt extra claustra, secundum Hostien. Idem *ibid. n. 5.*
- 29 Potest Episcopus & eum, qui vxorem habet, & filios, quos in extrema necessitate relictos agnoscit, vel qui curam animalium habet cum eatum periculo, sine Vicario. Barbos. *de potest. Epif. alleg.* 41. *nu. 8.*
- 30 Si prædicti possunt adire Legatum vel Nuncium habentem facultatem Pontificiam, non potest Episcopus absoluere. Idem *nu. 31.*
- 31 Excommunicatus in foro exteriori ob percussione Clerici, à Pœnitentiaro Papæ, secretò absolutus, satisfacta parte, potest haberi ab Episcopo (si velit, & nisi vrgeat pars aduersa rationabiliter) tamquam absolutus, neque molestari. Nauarr. *de pœnit. & remiss. conf. 23. num. 4.*
- 32 Quæ sit leuis, mediocris, enormis percussio, vide infra. *Violenta manus in Clericum.*
- 33 Potest Episcopus absoluere subditum suum ab excommunicatione, etiam si sint ambo, vel alter extra Diœcesim. *Praxis episc. V. absolutio ad 7.*
- 34 A sententijs latis ab homine non possunt confessarij absoluere. Leo. X. *Ann. 1518.*
- 35 Tempore Iubilei excommunicatus ab homine, si parti satisfecerit, poterit absoluī, & communicare in diuinis in foro exteriori, ad effectum tantum consequendi Iubileum: & deinde reincidit in excommunicationem. Pius V. A. 1568. in *Decl. ar. perpetua pro Iubileis,* relata a Gutter. canon. quest. 1. 1. *cap. 2. numer. 18.*
- 36 Qui facultatem generalem habent absoluendi à casibus reseruatis, non possunt tamen in casu aborti animati scelus procurati, effectu secuto, nisi per loci ordinarium tuerit specialiter deputatus ex Greg. XIV. *Prou. 7.*
- 37 Absolutio Medicorum, qui ægrotos inconfessos visitare perseuerauerint, Episcopo reteruatur, nisi secus alicubi iudicetur. *Prou. 7.*
Vide Confessarius n. 20. 47.
Regularium iura sub episcopis n. 75. 76. 79.